



Per.  
Lat  
020

Prodit Budapestini, VIII., Baross-u. 62. circa Idus cuiusque mensis, excepto Julio et Augusto  
Pretium subscriptionis annuae 60.000 coronarum (4 P 80 f).

## Mensis Aprilis.

Anni antiqui mensis alter erat Aprilis et cum<sup>1</sup> mensis primus patri eius tribueretur, qui urbem Romam coniderat, mensis Aprilis sacer erat patronae atque adiutrici populi Romani, Veneri, quae Troia arma ferebat. Nec Veneri tempus ullum aptius erat, quam ver. Mense Aprili ver aperit omnia densaque<sup>2</sup> asperitas<sup>3</sup> frigoris cedit<sup>4</sup> et feta<sup>5</sup> terra patet.<sup>6</sup> quae latuerunt<sup>7</sup> prius, Venere iubente reperta sunt.

Vere nitent<sup>8</sup> terrae, nunc rupta<sup>9</sup> tellure<sup>10</sup> herbae<sup>11</sup> cacumina<sup>12</sup> tollunt, nunc palmes<sup>13</sup> tumido<sup>14</sup> cortice<sup>15</sup> gemmas<sup>16</sup> agit,<sup>17</sup> nongaudet iam pecus stabulis<sup>18</sup> aut arator<sup>19</sup> igni; siccae<sup>20</sup> adhuc carinae<sup>21</sup> per aequora vehuntur,<sup>22</sup> nec iam timent hiemis minas... Omnia sub<sup>23</sup> divo<sup>23</sup> optime se habent.

Et formosa Venus formoso tempore digna est, quo matres nurusque<sup>24</sup> Latiae rite eam colant albis nunc floribus, nunc rosis rubris: eam potissimum<sup>25</sup> colunt, quia patrona est felicitatis coniugal...<sup>26</sup>

Per totam Italiam et templa aedifica-



bantur deae, sub qua et forma et mores et bona fama manebat. Illa detraxit feros habitus<sup>27</sup> homini, cui cultum<sup>28</sup> mundamque<sup>29</sup> curam dedit.

Qua autem cerimonia coluerint Romani Venerem, vel inde elucet,<sup>30</sup> quod postr. Non. Apr. anni centesimi vicesimi tertii, cum Hadrianus imperator Hyblam venisset, ut de Aetna monte solis ortu delectaretur, festum sollemne<sup>31</sup> in honorem divae potentis celebrabatur. Ex hoc tempore notissimum est carmen, Pervigilium<sup>32</sup> Veneris, quod tunc cantabatur.

Pictura ostendit nobis caput statuae marmoreae, quae nomine Veneris Meliae<sup>33</sup> Parisiis asservatur. Artis hoc opus celeberrimum saeculo quarto a. Christum natum factum esse videtur. Anno MDCCCXX. in insula Melo (nunc Milo), a rustico inter arandum inventa, rei publicae Gallicae sex milibus fr. venit.<sup>34</sup>

1 amíg 2 sűrű, éles 3 kemény hideg 4 enged  
5 termékeny 6 megnyílik 7 el volt rejtve 8 ragyog  
9 enged 10 föld 11 növényzet 12 hegye, csúcsa  
13 szőlőhajtás 14 duzzadt 15 héj 16 rügy 17 hajt  
18 istálló 19 gazda 20 száraz 21 csónak 22 megy  
23 szabad ég alatt 24 meny 25 leginkább 26 családi  
27 szokás 28 műveltség 29 tiszta 30 kitűnik 31 ün-  
nepi 32 éjjeli ájtatosság 33 milói 34 elad.

## Sanctus Stephanus.

Scriptis : V. F.

Vix iam prima diem lux significarat adesse :  
Cum dux praefectos ad se vocat atque ita fatur :  
«Vade age confertim, Iuli Stephanoque referre<sup>1</sup>  
Ne cunctare<sup>2</sup> hostes acri certamine victos  
Et cecidisse duces. Turbatis hic ubi pacem  
Reddidero terris regi festinus honorem  
Coram praestabo.<sup>3</sup> Comites<sup>4</sup> tibi, quos placet addo».   
Mox iter ingreditur septem comitatus amicis  
Iulius et Tisiam transgressus lata per arva  
Hungariae sedem velis<sup>5</sup> remisque<sup>5</sup> petebat.<sup>6</sup>

Forte<sup>7</sup> dies sollemnis<sup>8</sup> erat magnoque tumultu  
Urbs antiqua, viae, fana, litus ubique sonabant :  
Maxima nobilium vis<sup>9</sup> eo convenerat agris  
Omnibus e regni festum<sup>10</sup> visura : caballos<sup>11</sup>  
Rure, boves, mulos<sup>12</sup> agitabant fuste coloni.  
Nuntius huc venit ducis ad regemque vocatus  
Coram principibus regni magnaue corona<sup>13</sup>  
Talia subducto<sup>14</sup> vultu dat verba superbus :  
«Augustissime rex, fastosos vicimus hostes  
Caesaque per latos requiescunt agmina campos.

Ipsa ego ductorem longo certamine vici  
Achtonium duraque caput cervice recisum,  
Ut verbis credas velo prudens adopertum<sup>15</sup>  
Ecce tuli mecum». Dixit pannoque soluto  
Illico sanguineum caput expediens<sup>16</sup> levat alle<sup>17</sup>  
Turpificata<sup>18</sup> vident homines ducis ora tyranni  
Miranturque viri virtutem forte<sup>19</sup> gerentis.  
At rex laetus eum verbis compellat amicis :  
«Talia fecisti tu, Iuli, fortis in armis,  
Quae sint digna bona mercede<sup>20</sup> ac munere<sup>21</sup>  
summo.

Hospes eris noster magno decoratus<sup>22</sup> honore  
Eo tibi, si possum, faciam<sup>23</sup> satis omne petenti.  
Iulius obtinuit servorum postea curam<sup>24</sup>  
Successuque<sup>25</sup> bono tumidus<sup>26</sup> nova munera gessit.

(Ad numerum proximum.)

1 jelent 2 késlekedik 3 ad 4 kísérő 5 teljes erővel  
6 tart 7 épen 8 ünnepi 9 tömeg 10 ünnep 11 ló  
12 öszvér 13 gyülekezet 14 gőgös 15 betakar 16 elő-  
vesz 17 magasan 18 eltorzult 19 hőstett 20 jutalom  
21 ajándék 22 kitüntet 23 teljesít 24 felügyelet 25 ered-  
mény 26 gőgös.



## De pruna hominis senis.

Fabula popularis.

In Latinum convertit : Franciscus Szabó.

Fuerunt olim vir et mulier quaedam pauperissimi. Adeo miseri fuerunt, ut ne lignum quidem habuerunt, quo ignem accenderent. Abierunt in vicum quendam, ubi farinam paucam acceperunt. Mulier fecit ex ea libum, sed nihil habuerunt, quo id torrerent. Tunc uxor ad consortem : «Exi — inquit — ad viam et quaere alicubi ignem.» Exiit vir et vidit in fine viae ignem fulgere. Introit ad uxorem ac petit ab ea ollam, in qua prunam ferret. Pervenit ad finem viae, sed ignis etiam tunc longe afuit ; perveniens ad ignem, vidit prope ignem hominem senem sedentem.

«Salve, mi ave!» — inquit.

«Salve, cur venisti huc?»

Homo pauper enarrat, cur veniret.

«Mi fili — inquit senex — ferre potes tot, quot vis, tamen pauperes eritis.»

Homo pauper oneravit ollam pruna et gratias agens domum rediit. Domi ignem accenderunt et reliquas prunas abdiderunt in cubiculum. Mane ignem accendere volunt. Vident in olla prunam aurum et argentum factam esse.

Audivit hoc dives vicinus et sic secum cogitat :

«Eia, etiam ego abeo!» Ollam magnam secum fert et exultat pecunias magnas se accepturum esse sperans. Pervenit ad ignem et dicit seni :

«Salve, mi care ave!»

«Cur venisti mi fili?»

«Prunam volo ferre, quia non possumus ignem accendere — mentitur homo dives.

«Ferre potes ; satis est hic!»

Laetitia capiens vicinus dives refertis ollam prunā et domi abdidit in cubiculum. Pruna vero nocte inflammavit domum.

Sic poenas dedit homo dives avaritiae suae.

## Lucius Marius.

Scriptis: Church A. J. In Latinum convertit: Valentinus Fehér.

### 7. In portu.

Incredibile<sup>1</sup> dictu<sup>1</sup> est, quanto gaudio Thero et Philarete Lucium acceperint. Philarete valde superba erat, quod Lucio, quem semper amabat, a magnis imperatoribus honor habebatur et res<sup>2</sup> gestae<sup>2</sup> virtutesque<sup>3</sup> viriles ab omnibus laudabantur. Sed gaudium infirma<sup>4</sup> mercatoris valetudine<sup>4</sup> perturbatum est. Praeterea multas acceperat bonorum calamitates, quas viribus deficientibus resarcire<sup>5</sup> non poterat. Ergo postquam gaudium videndi<sup>6</sup> expletum est, sic adolescentem alloquitur:

— Nunc quid vis agere? Condiciones<sup>7</sup> meae non sunt eius modi, de quibus desperem.<sup>8</sup> Omnia, quae amisi, rursus recuperare poteris. Habes mercandi facultatem. Ad tempus<sup>9</sup> te adiuvabo.

— Pater — respondet Lucius — nullam ambitionem habeo. Noli irasci, quod conditioni tuae non assentior.

— Nolo te cogere. Scio te nunquam sperasse filiam viri divitis uxorem esse ducturum. At, opinor, ne indotatam<sup>10</sup> quidem duces uxorem. Statim ut filia nata est, summam seposui in tuto collocatam neque unquam caput<sup>11</sup> aut usuras<sup>12</sup> attigi. Summa est tricies fere centenorum milium sestertium. Adest praeterea tua pecunia, quam mihi tradidisti atque interdum misisti. Quam, ut poteram, dispensabam.<sup>13</sup> Haec pecunia explet numerum quinquaginta milium sestertium, cui addenda sunt ducenta milia, quae tibi rex Deiotarus solvit. Praeterea Pompeius pollicitus est te etiam praedarum partem accepturum esse.

Tum Lucius narravit de opibus,<sup>14</sup> quas sibi Chrosimus aperuerat.

— At ego — pergit<sup>15</sup> dicere<sup>15</sup> — dubito, nostraene sint opes, si eas reppererimus. Illas eorum esse credo, quibus abreptae sunt.

— Recte putas — inquit mercator. — Itaque magistratus Tharsenses de his rebus certiores facies. Nam opes effodiendas esse liquet.<sup>16</sup>

His rebus fiebat, ut Thero et Lucius non

cessarent urbi praefectum visere eique rem prodere.<sup>17</sup> Praefectus statim convocato consilio Lucium introducit et rogat, ut ea, quae sibi iam dixerit, repetat. Postquam Lucius peroravit,<sup>18</sup> breve secretumque sequitur consilium, quo facto Lucius et mercator iterum intromittuntur.

— Bene fecistis — inquit praefectus — quod rem ad nos detulistis. Quare vos invitamus, ut opes inquirendas suscipiatis. Si vultis, unus ex nobis addetur vobis, qui adsit inquisitioni. Decima pars opum repertarum vobis tradetur.

Tum iter maxima celeritate paratur. Nautas fidissimos alios mercator, alios magistratus elegit. Philarete vehementer rogavit eos, ut sibi una proficisci liceret. Pater et Lucius assentiuntur. Ineunte sextili<sup>19</sup> mense omnia parata erant. Spatium inter Cretam et Tharsum erat circiter milium passuum quingentorum.

Sedecim fere diebus Cretae litus, quod ad orientem spectat, nacti sunt. Tum inquirendi difficultates incipiebant. Erant enim complures insulae parvae, ad quas descriptio plus minusve<sup>20</sup> conveniebat.<sup>21</sup> Diebus decem post iam spes abiiciebatur. Tum Philaretae venit in mentem optimae cogitationis.

— Luci — inquit — non recte facis, quod locum istum semper luce<sup>22</sup> quaeris. Tu semel eum diluculo<sup>23</sup> vidisti. Haud ignoras, quantum luce et umbris forma loci mutetur.

Res placet. Statim navis ad insulam dirigitur, quam potissimum rectam esse putabant. Continuo prospere fit experimentum.<sup>24</sup> Lucius cognovit locum, quem novem annis ante fugiens viderat et prima vestigia opum repperit.

Tum praefectus urbi duas nautas ad inquirendum delegit eosque secreti<sup>25</sup> conscios<sup>26</sup> fecit.<sup>26</sup> Placuit, ut viatores noctem in litore consumerent, praefectus et duo viri electi comites essent, ceteri nautae in navi remanerent.

1 hihetetlen 2 viselt dolgait 3 vitézség 4 betegség  
5 pótol 6 vizsontlátás 7 helyzet 8 kétségbe esik  
9 egy ideig 10 hozomány nélkül 11 tőke 12 kamat  
13 kezel 14 kincs 15 folytat 16 világos 17 feltár  
18 végzett a beszéddel 19 augusztus hónap 20 többé-kevésbé  
21 illik 22 nappal 23 hajnal 24 kísérlet  
25 titok 26 beavat.



Rusticus miseretur vulpis eamque tecto recipit.

Priusquam vulpes dormitum ivit, rogat dominum, ut calceos ligneos in gallinarium<sup>7</sup> condat. Rusticus condidit.

Post mediam noctem, cum iam omnes dormiebant, vulpes e scamno surgit, clam irripit in gallinarium, calceos abdit.<sup>8</sup>

Mane priusquam discessit, petit a domino calceos.

Rusticus ad gallinarium it, sed calceos non reperit.

— Hei,<sup>9</sup> vulpes — inquit — magnum accidit incommodum:<sup>10</sup> noctu calcei tui amissi sunt.<sup>11</sup>

— Itane?<sup>12</sup> Ergo da mihi gallinam pro calceis.

Rusticus dat et vulpes iter continuat.<sup>13</sup>

Vespere pervenit ad aliam domum rusticam. Hic quoque nocturnum hospitium quaerit<sup>14</sup> et gallinam inter anates<sup>15</sup> ponit. At noctu gallinam eximit<sup>16</sup> et comedit. Mane lamentatur,<sup>17</sup> quod gallina amissa est et anatem a rustico postulat.

Tertia nocte itidem<sup>18</sup> agit. Tum anatem in ovile<sup>19</sup> condit, noctu eximit, comedit; mane ovem pro anate postulat.

Proxima nocte ovem inter boves condit, noctu furatur, comedit; mane bovem pro ove accipit.

Deinde abiit, bovem occidit, pellem<sup>20</sup> deglubit,<sup>21</sup> carnem comedit, pellem stramento<sup>22</sup> farcit.<sup>23</sup>

Tum ursus et lupus occurrunt. Vulpes eos compellat!

— Si chamulcuni<sup>24</sup> paretis,<sup>25</sup> pulchre chamulco vehamur!

Ursus et lupus abeunt, chamulcum et ornatum<sup>26</sup> equestrem<sup>26</sup> furantur. Vulpes iungit<sup>27</sup> bovem; omnes ascendunt chamulcum.

— Age, age! — clamat vulpes — festina! neque chamulcus neque ornatus noster est.

Bos loco non movetur. Tum repente vulpes e chamulco exsilit et clamat:

— Manete in chamulco, barones!<sup>28</sup> Iam bos vos ducet!

Et velocissime aufugit.

Ursus et lupus laeti desiliunt et invadunt

bovem, ut in frustra<sup>29</sup> discerpant. Tum vident se deceptos esse.<sup>30</sup>

Cachinnus<sup>31</sup> vulpis procul auditur.

7 tyúkól 8 eldug 9 jaj 10 kár 11 elvész 12 ugyan ugye? 13 folytat 14 kér 15 kacsa 16 kivesz 17 kesereg 18 hasonlóképen 19 juhakol 20 bőr 21 lenyúz 22 szalma 23 kitöm 24 szánkó 25 kerít 26 lószerszám 27 befog 28 tökfilkó 29 ízekre 30 rászéd 31 kacaj.

## De duobus rei<sup>1</sup> rusticae<sup>1</sup> scriptoribus<sup>1</sup> antiquis.<sup>1</sup>

Scripsit *Adrianus Fejér.*

II. (Altera pars.)

### De M. Terentio Varrone.

M. Terentius Varro, maximus Romanorum polyhistor<sup>2</sup> (qualis apud nos Hungaros Samuel Brassai erat) natus esse dicitur anno 116-o a. Chr. n. in civitate Reate, in agro Sabino. Mortuus est anno 28-o procul<sup>3</sup> negotiis,<sup>3</sup> totusque<sup>4</sup> litteris<sup>4</sup> deditus.<sup>4</sup>

Nostra<sup>5</sup> maxime interest<sup>5</sup> opus, cui inscribitur «De re rustica» II. III.

M. Porcius Cato De re rustica librum ex sua experientia scripsit, sed Varro iam studiis<sup>6</sup> et litteris<sup>6</sup> rei<sup>6</sup> rusticae<sup>6</sup> Graecorum<sup>6</sup> et Romanorum<sup>6</sup> opulentissimis<sup>6</sup> utitur,<sup>6</sup> imo permulta petit<sup>7</sup> etiam a Magone Punico,<sup>8</sup> cuius opus De re rustica amplissimum<sup>9</sup> (librorum 28!) senatus Romanus capta Carthagine in<sup>10</sup> Latinum<sup>10</sup> quoque traduci<sup>10</sup> iussit.<sup>10</sup>

In opere Varronis dominorum<sup>11</sup> agro colendo<sup>11</sup> operam<sup>11</sup> dantium<sup>11</sup> societas<sup>11</sup> in convivio hilariter delectatur<sup>12</sup> atque inter<sup>13</sup> pocula<sup>13</sup> convivarum<sup>14</sup> quisque<sup>14</sup> de ea parte suae professionis<sup>15</sup> sermocinatur,<sup>16</sup> quam et ipse maxime callet,<sup>17</sup> id<sup>18</sup> est<sup>18</sup> in qua versatissimus<sup>19</sup> esse videtur.

Participes convivii et sermocinandi sunt

1 ókori gazdasági író 2 sokat tudó, olyan tudós, ki a tudomány igen sok ágában otthonos 3 a közügyektől távol 4 teljesen a tudománynak élve 5 miniket érdekel 6 a görögök és rómaiak rendkívül gazdag gazdasági szakirodalmát felhasználja 7 kölcsönöz 8 pún 9 igen terjedelmes 10 latin nyelvre lefordított 11 előkelő mezői gazdák társasága 12 mulat 13 poharazás közben 14 a vendégek mindegyike 15 hivatás, foglalkozás 16 beszél 17 valamihez ért 18 azaz, vagyis 19 legjártasabb.

sequentes: C. Fundanius, C. Agrius, Socraticus, eques Romanus, P. Agrasius publicanus,<sup>20</sup> quos<sup>21</sup> cum intrasset, spectantes<sup>21</sup> in<sup>21</sup> pariete<sup>21</sup> pictam<sup>21</sup> Italiam<sup>21</sup> offendit<sup>21</sup> Varro.

Aliquanto<sup>22</sup> post<sup>22</sup> adveniunt C. Licinius Stolo et Cn. Tremelius Scrofa.

Forma igitur dicendi<sup>23</sup> est dialogus,<sup>24</sup> cui ioca, facetiae,<sup>15</sup> cavillatio,<sup>26</sup> salse<sup>27</sup> dicta<sup>27</sup> citationes<sup>28</sup> et proverbia<sup>29</sup> inseruntur;<sup>30</sup> ioculantur<sup>31</sup> et disserunt<sup>32</sup> convivae, insuper laus<sup>38</sup> et honor<sup>33</sup> habetur<sup>33</sup> tribuiturque<sup>33</sup> unicuique,<sup>34</sup> qui provocatus<sup>35</sup> et non<sup>36</sup> gravatus<sup>36</sup> suum thema<sup>37</sup> totum<sup>38</sup> absolvit.<sup>38</sup>

Quo facto res<sup>39</sup> in<sup>39</sup> se<sup>39</sup> arida<sup>39</sup> quasi reviviscit.<sup>40</sup>

In exordio libri II. Varro aequae<sup>41</sup> ac<sup>41</sup> Cato magnis effert<sup>42</sup> laudibus<sup>42</sup> agricolas, cum haec dicit:

«Viri magni nostri maiores non sine causa praeponebant<sup>43</sup> rusticos<sup>44</sup> Romanos urbanis.<sup>45</sup> Ut ruri enim, qui in villa vivunt, ignaviores<sup>46</sup> quam qui in agro versantur<sup>47</sup> in aliquo opere faciundo (faciundo): sic qui in oppido sederent, quam qui rura colerent, desidiosiores<sup>48</sup> putabant. Itaque annum ita diviserunt, ut nonis modo<sup>49</sup> diebus urbanas<sup>49</sup> res<sup>49</sup> usurparent,<sup>49</sup> reliquis<sup>50</sup> VII,<sup>50</sup> ut rura colerent. Quod dum servaverunt institutum,<sup>51</sup> utrumque sunt<sup>52</sup> consecuti,<sup>52</sup> ut et cultura agros foecundissimos<sup>53</sup> haberent, et ipsi valetudine<sup>54</sup> firmiores<sup>54</sup> essent ac ne Graecorum urbana desiderarent gymnasia»...<sup>55</sup>

Homines<sup>56</sup> autem, qui<sup>56</sup> nunc<sup>56</sup> sunt<sup>56</sup> «relictis falce<sup>57</sup> et aratro» manus suas non labore, neque agro colendo fatigant,<sup>58</sup> sed plausu,<sup>59</sup> id est «manus movere<sup>60</sup> maluerunt in Theatro ac circo, quam in segetibus<sup>61</sup> ac vinetis,<sup>62</sup> frumentum locamus<sup>63</sup> qui nobis advehat... ex Africa et Sardinia et navibus vindemiam<sup>64</sup> condimus<sup>65</sup> ex<sup>65</sup> insula<sup>65</sup> Choa<sup>65</sup> et Chia.<sup>65</sup> Itaque in qua terra culturam agri docuerunt pastores progeniem<sup>66</sup> suam, qui condiderunt Urbem, ibi contra<sup>67</sup> progenies eorum propter avaritiam, contra leges, ea<sup>68</sup> segetibus<sup>68</sup> fecit<sup>68</sup> prata»...<sup>68</sup> Quod autem est revera morum<sup>69</sup> labes,<sup>69</sup> imo relapsus,<sup>70</sup> retrogressio!<sup>70</sup>

Operis Varronis libro I. tractatur de agricultura, libro II. de re pecuaria<sup>71</sup> et libro III. exponitur de villaticis<sup>78</sup> pastionibus.<sup>73</sup>

Ineunte<sup>74</sup> libro<sup>74</sup> I. Fundanius et Scrofa commemorant,<sup>75</sup> quanta «miracula»<sup>76</sup> veteres rei rusticae scriptores operi suo de agro colendo inseruerint.<sup>77</sup> Exempli gratia unus haec scribit: «Cum homini pedes dolere coepissent, hoc ter novies cantare debet:

— Terra<sup>78</sup> pestem<sup>78</sup> teneto,<sup>78</sup> salus<sup>79</sup> hic<sup>79</sup> maneto<sup>79</sup> in meis<sup>79</sup> pedibus.<sup>79</sup> Deinde terram tangere, despuere,<sup>80</sup> ieiunum<sup>81</sup> decantare<sup>82</sup> iubet». «Multa item alia miracula, pergit<sup>83</sup> enarrare,<sup>83</sup> Stolo, apud Sasernas<sup>84</sup> invenies; quae omnia sunt<sup>85</sup> diversa<sup>85</sup> ab agricultura, ideo repudianda.»<sup>86</sup>

— Quasi vero, ait Varro, — non apud ceteros quoque scriptores talia reperiantur. An non in *magni illius Catonis* libro, qui de agricultura est editus, scripta sunt permulta

<sup>20</sup> állami bérlő, vámos <sup>21</sup> akiket úgy talál vagy lep meg, amint nézegetik Itália falra festett térképét <sup>22</sup> valamivel később <sup>23</sup> előadás <sup>24</sup> párbeszéd <sup>25</sup> ingerkedés <sup>26</sup> mókázás <sup>27</sup> szellemes ötletek <sup>28</sup> idézetek <sup>29</sup> közmondások <sup>30</sup> vannak, szövegdnek <sup>31</sup> tréfálkozik <sup>32</sup> értekezik <sup>33</sup> hók és elismerés az osztályrésze <sup>34</sup> mindegyiknek <sup>35</sup> fölszólitva <sup>36</sup> és nem huzódozva (vagyis szívesen) <sup>37</sup> tételét <sup>38</sup> teljesen kifejti <sup>39</sup> magábanvéve száraz tárgy <sup>40</sup> meg-elevenedik <sup>41</sup> épen úgy mint <sup>42</sup> dicséretekkel elhalmoz, magasztal <sup>43</sup> többre becsül <sup>44</sup> földműves, paraszt <sup>45</sup> városlakó <sup>46</sup> tétlen, gyáva <sup>47</sup> foglalataskodik <sup>48</sup> lomha, dologtalan, rest <sup>49</sup> csak közügyekkel foglalkozik <sup>50</sup> többi hét napon; nundinae (sc. feriae) minden kilencedik nap, azaz vásár-, illetőleg vasárnap, a 8 naphól álló római hét pihenőnapja, melyen a mezei munka szünetelt és a földművelő nép is a városba ment adás-vevés végett; ezért ilyenkor hirdették ki a comitia idejét és tárgyát; a kilencednap (novem és dies) elnevezés onnan van, mert mind a két határnapot belevették a sorszámításba <sup>51</sup> intézmény, szokás <sup>52</sup> elér <sup>53</sup> termékeny <sup>54</sup> egészségesebb, edzettebb <sup>55</sup> testgyakorlólhely, iskola <sup>56</sup> mostani emberek <sup>57</sup> sarló, kasza <sup>58</sup> fűrészt <sup>59</sup> tapsolás <sup>60</sup> mozgat, foglalkoztat <sup>61</sup> vetést szántóföld <sup>62</sup> szőlő <sup>63</sup> fogad, bérel <sup>64</sup> bor <sup>65</sup> beraktároz, hozat (görög borokat Chos = Cos és Chios szigetről) <sup>66</sup> ivadék <sup>67</sup> ellenkezőleg <sup>68</sup> a szántóföldekből rétet, legelőt csinált <sup>69</sup> erkölcsi hanyatlás <sup>70</sup> visszaesés, visszafejlődés <sup>71</sup> állattenyésztés <sup>72</sup> a mezei jószágban, majorban lévő <sup>73</sup> legelő, legeltetés; pastio villatica = majoros gazdaság <sup>74</sup> első könyv elején <sup>75</sup> felemlít <sup>76</sup> csoda; csodálatos, szokatlan, furcsa dolog <sup>77</sup> beleszó <sup>78</sup> ennek a szólás-mondásnak mintájára: «ujság hasamba (mikor először eszik valaki pl. idei burgonyát), betegség pokolba!» talán így lehetne fordítani: betegség a pokolba <sup>79</sup> egészség a lábamba <sup>80</sup> kiköp <sup>81</sup> étlen, éhomra <sup>82</sup> élénkel <sup>83</sup> folytatja elbeszélését <sup>84</sup> római név <sup>85</sup> különböző, elüt valamitől (= egészen más, mint. . .) <sup>86</sup> elvet.

similia, ut haec? Quemadmodum<sup>87</sup> placen-  
tam<sup>88</sup> facere oporteat, quo<sup>89</sup> pacto<sup>89</sup> libum,<sup>90</sup>  
qua<sup>91</sup> ratione<sup>91</sup> pernas<sup>92</sup> salire.<sup>93</sup>

— Illud non dicis — inquit Agrius, —  
quod scribit: «Si velis in convivio multum  
hibere, caenareque libenter, ante esse<sup>94</sup>  
oportet brassicam<sup>94</sup> crudam<sup>94</sup> de<sup>94</sup> aceto» ...<sup>94</sup>

Verum<sup>95</sup> haec omnia diiungenda<sup>96</sup> esse  
videntur ab agricultura.

Quoniam «*agricultura* non modo est ars,  
sed etiam necessaria ac magna, eaque *est*  
*scientia*, quae docet, quae sint in quoquo<sup>97</sup>  
agro<sup>97</sup> serenda<sup>98</sup> ac facienda, quaeque terra  
maximos perpetuo<sup>99</sup> reddat fructus».









«Utilissimus autem isager, qui salubrior<sup>100</sup>  
est, quam alii, quod ibi fructus ... Quare ubi  
salubritas<sup>101</sup> non est, cultura non<sup>102</sup> aliud<sup>102</sup>  
est,<sup>102</sup> atque<sup>102</sup> alea<sup>103</sup> domini<sup>103</sup> vitae,<sup>103</sup> ac  
rei<sup>104</sup> familiaris.<sup>104</sup> Nec<sup>105</sup> haec<sup>105</sup> non<sup>105</sup> dimi-  
nuitur<sup>105</sup> scientia.<sup>105</sup> Ita enim salubritas, quae  
ducitur<sup>106</sup> e coelo ac terra, non<sup>107</sup> est<sup>107</sup> in<sup>107</sup>  
nostra<sup>107</sup> potestate,<sup>107</sup> sed in naturae; ut tamen  
multum<sup>108</sup> sit<sup>108</sup> in<sup>108</sup> nobis,<sup>108</sup> quod<sup>108</sup> graviora  
quae sunt, ea diligentia leviora facere possu-  
mus. Etenim si propter<sup>109</sup> terram aut aquam,  
odoremve,<sup>110</sup> quem aliquo loco eructat,<sup>111</sup>  
pestilentior<sup>112</sup> est fundus,<sup>113</sup> aut propter  
coeli<sup>114</sup> regionem<sup>114</sup> ager calidior sit, aut  
ventus non bonus flet: *haec vitia emendari*<sup>115</sup>

*solent*<sup>115</sup> *domini*<sup>116</sup> *scientia*<sup>116</sup> *ac sumptu*.<sup>116</sup>  
Quod<sup>117</sup> permagni<sup>117</sup> interest,<sup>117</sup> ubi sint<sup>118</sup> po-  
sita<sup>118</sup> villae, quantae sint, quo<sup>119</sup> spectent<sup>119</sup>  
porticibus,<sup>120</sup> ostiis ac fenestris. An non ille  
Hippocrates medicus in magna pestilentia,<sup>121</sup>  
non unum agrum, sed multa oppida scientia  
servavit?»

Sic Varro in genere de agricultura. De  
partibus<sup>122</sup> autem. — Rev. Domino Moderatore  
concedente<sup>123</sup> — alio<sup>124</sup> tempore,<sup>124</sup> occasione<sup>125</sup>  
data.<sup>125</sup>

<sup>87</sup> hogyan <sup>88</sup> lépény <sup>89</sup> mi módon <sup>90</sup> főleg áldo-  
zati kalács <sup>91</sup> miképen <sup>92</sup> sonka <sup>93</sup> beszóz, bepácol  
(ld. Catóról szóló cikket) <sup>94</sup> edere = enni; saványít-  
ott nyers káposzta (ld. a Catóról szóló cikkünket)  
<sup>95</sup> pedig, de <sup>96</sup> szétválaszt elkülönít <sup>97</sup> minden  
egyek földön <sup>98</sup> vet <sup>99</sup> állandóan, rendszeren <sup>100</sup> egész-  
séges <sup>101</sup> egészség, jó levegő <sup>102</sup> nem más, mint  
(= atque az alapfokú hasonlításnál aliud után)  
<sup>103</sup> kockajáték, kockáratétele a földesúr életének  
<sup>104</sup> családi vagyonnak <sup>105</sup> kettős tagadással: de ezt is  
lehet kisebbiteni, enyhíteni szakismerettel, tudással  
<sup>106</sup> származik, ered <sup>107</sup> nem áll hatalmunkban  
<sup>108</sup> mégis sok függ tőlünk, mert (= quod) <sup>109</sup> miatt  
<sup>110</sup> és (= ve) szag, kigőzölgés, kipárolgás <sup>111</sup> kiáraszt  
<sup>112</sup> egészségtelen, rossz levegőjű <sup>113</sup> földbirtok, telek  
<sup>114</sup> égtáj, éghajlat <sup>115</sup> megjavítható rendszeren <sup>116</sup> a  
földesúr, telkesgazda költségén és szaktudása révén  
<sup>117</sup> mert sokat számít <sup>118</sup> fekszik <sup>119</sup> hova, merre néz  
<sup>120</sup> oszlopos tornáca <sup>121</sup> pestis, dögvész (Kr. e. 430-ban,  
Athénben, a peloponnesusi háború alatt) <sup>122</sup> rész-  
letekről <sup>123</sup> engedélyével <sup>124</sup> máskor <sup>125</sup> alkalom-  
adtán.

## A E N I G M A T A.


<p>1. </p>	<p>N </p>	<p>2. U </p>	<p>3. P D A </p>
<p>4. </p>	<p>5. N T 1 N N T T </p>	<p>6. T H  e = i </p>	

*Series directae:*

1. . . . nostra brevis est
2. forma verbi: sum.
3. semper colenda est.
4. forma verbi: mico
5. sapiens Rotherodamus philologus ac paedagogus scriptor
6. piscis facit, litt. inversis
7. conuinctio temporalis vel loci
8. forma verbi: sum
9. flumina petunt
10. instrumentum antiquum, quo latrones morte cruciabantur
11. tectum tegit
12. prima pars verborum novorum: . . . viola, . . . modern
13. instrumentum scribendi
14. flamma facit, litt. inversis, 1. persona
15. eiusmodi . . .
16. in quo aves volitant
- 16a. numerale, relict. ult. litt.
17. adverbium temporale
18. Romae fuit peregrinus et urbanus
19. adiectivum e verbo num. 16. feminini gen.
20. talis est arbor alta; masc. gen., litt. inv.
21. pron. poss.
22. pron. demonstr.
23. imper. verbi num. libr.
24. rex Romanorum
25. forma verbi: amo
26. maritus Proserpinae
27. parvuli faciunt hominibus ridiculis, 1. pers. sing.
28. si haec frangitur, adest mors.
29. urbs aeterna.

*Series libratae.*

1. morbo afficit sanguinem
2. incolae Sicaniae
4. cursores appetunt
13. pars intima corporis
16. rex Pergami
30. talis est amicus carissimus
31. sicut direct. 7



Paulus Farkas.

32. sicut direct. 8
33. vox salutandi
34. vir Romanus, captivus Carthagini
35. una vocali interposita: qui longe abest a primo loco
36. pars cruris, litt. inversis
37. oppidum Hispaniae, apud Gades
38. rivus habet
39. deus belli apud Graecos
40. tale est medicamen
41. forma verbi: sum
42. forma verbi: sum
43. hiemem sequitur
44. mercator facit, pers. 1.
45. in quo ara est
46. avis nocturna
47. vestis imperatoris in bello, relicta ult. syll.
48. facio, cum aliam vestem induo
49. cognomen Ovidii.

Solutio aenigmatum Numeri VII.

1. Series directae. 1. ala, 3. ac, 4. telus, 5. re, 7. no. 9. si, 10. Roma, 11. Alape, 14. at, 15. evoe, 16. poeta, 20. Ianus, 21. ac, 22. amo, 28. oda, 29. sutor, 33. Ra, 34. ora, 35. bene, 36. ustor, 40. est, 41. MÁV, 42. Herodotos, 43. tis, 46. vae, 48. sus, 50. ad, 52. emo, 53. acer, 54. tecti, 55. ore, 56. pater, 57. onus, 61. Eva, 62. Diana, 63. eu, 64. sus, 66. Atlas, 67. lima. Series libratae. 1. acer, 2. anus, 3. at, 6. lex, 8. os, 9. sol, 12. imo, 13. ap, 14. ave, 17. tot, 18. ea, 19. pia, 23. mus, 30. dum, 31. at, 32. ora, 37. Ares, 39. eos, 41. met, 44. Adria, 45. vos, 47. ratus, 49. eos, 50. amet, 51. Doris, 52. ecce, 53. aer, 56. Po, 58. ana, 59. tui, 60. uva, 61. eius, 62. de, 65. anas, 68. lis, 69. amo, 70. sa.

Aenigmata rite dissolverunt.

Julius Biró (Szombathely), Georgina Juhász (Szombathely), Rosalia Feldmann (Budapest), Gisella Autheried (Szombathely), Ladislaus Takács (Dombóvár), Nicolaus Klein, Iosephus Bódi (Kisújszállás), Ladislaus Veder (Szombathely), Franciscus Marthé (Budapest), Ladislaus Cspó (Győr), Adalbertus Molnár (Budapest), Elisabeth Weisz, Livia Freiburger (Szombathely), Carolus Tóth (Budapest), Erminius Happ (Budapest), Guillelmus Tóth (Budapest), Irene Stoll (Tata), Iustina Varga (Szombathely).

Moderator ephemeridis: E. KEMENES dr. O. S. B. Budapest, VIII., Baross-u. 62.  
ad quem litterae quaecunq; mittantur.  
Sumptibus moderatorum ephemeridis:  
Magyar Középiskola. (Praeses: ACSAY ISTVÁN dr).